que $y + \frac{a}{2} = + \sqrt{b^2 + \frac{1}{4} a^2}$, vel $- \sqrt{b^2 + \frac{a^2}{4}}$; cum $+\sqrt{b^2 + \frac{a^2}{4}} \times + \sqrt{b^2 + \frac{a^2}{4}}$ restituat quadratum $b^2 + \frac{a^2}{4}$ non secus ac facit $- \sqrt{b^2 + \frac{a^2}{4}} \times - \sqrt{b^2 + \frac{a^2}{4}}$. Quare æquationes quadraticæ duas admittunt solutiones. Sic in præsenti exemplo duo sunt valores radicis y, unus nempe $y = + \sqrt{b^2 + \frac{a^2}{4}} - \frac{a}{1}$; alter autem $y = - \sqrt{b^2 + \frac{a^2}{4}} - \frac{a}{2}$. At quoniam positiva sunt omnium quantitatum quadrata, hinc patet quantitatis negativæ radicem esse impossibilem seu assignari non posse, quæ ideo dicitur *imaginaria*. Aliquando contingit æquationes nullam solutionem admittere. Exemplo sit $y^2 - ay + 3a^2 = 0$, erit $y^2 - ay = - 3a^2$, & $y - ay + \frac{a^2}{4} = 3a^2 + \frac{a^2}{4} = - \frac{11a^2}{4}$, extractaque radice, habebitur $y - \frac{a}{2} = \mp \sqrt{\frac{11a}{4}}$, & $y = \frac{a}{2} \pm \sqrt{\frac{11a^2}{4}}$. Ex quibus manifestum est duos valores radicis y esse imaginarios, cum assignari non possit radix quantitatis $- \frac{11a^2}{4}$. Si ergo in solutione problematum deveniatur ad quantitates imaginarias, signum est

ad